

neque respondeant ab immanis spiritibus liberati, cæci videtes, mortui resurgentes, & quod omnia superat, stulti sapientes, vtrū sit malefactor Iesus: sed ista dicebant, de quibus per Prophetam ipse prædixerat. R. retribuunt mihi mala pro bonis. A V G V. de Con. Euan. Sed videndum est, ne contra sit quod Lucas dicit certa in eo dicta esse crimina. Cæperunt autem illum, inquit, accusare dicentes. Hunc inuenimus subvertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum Regem esse, & sed secundum Ioannem videtur Iudæi noluisse dicere crimina, vt eorum auctoritatem securus Pilatus, quid ei obiceret, desineret querere, ob hoc tantum nocentem crederet, quod sibi ab eis tradidisset: ergo intelligere debemus & hoc dictum esse, & illud quod Lucas commemorat, multa enim dicta, & multa responsa sunt. Vnde in narrationem suam quisque posuit quod satis esse iudicauit, nam & ipse Ioannes dicit quaedam, quæ obiecta sunt, quæ suis locis videbimus. Itaque sequitur. Dicit ergo eis Pilatus. Accipite eum, & secundum legem vestram iudicate eum. T H E O. quasi dicit. Quoniam ad votum iudicium potestis & superbitis, ac si nihil vnquam prophatum egeritis, accipite vos & damnate. ego nequaquam talis iudex efficiar. A L C V I. Vel hoc dicit, q. d. Vos qui legem habetis, scitis quid lex de talibus iudicet secundum quod iustum esse scitis, ita facite. Sequitur. Dixerunt ergo Iudæi, nobis non licet interficere quemquam. A V G. Sed nonne lex præcepit, ne malefactoribus præsertim seductori bus adeo qualem istum putabant parcat? Sed intelligendum est eos dixisse non sibi licere interficere quemquam propter festi diei sanctitatem, quam celebrare iam cæperant. Ita, ne omnem sententiam nimia malitia perdidisset, vt ideo vos a sanguine innocens impollutos esse credatis, quia eum fundendum alteri traditis. C H R Y. Vel ideo ipsi eum non interfecerunt, quia multum de potestate eorum abscisum erat eis, Romanis regibus subiacentibus. Vel aliter, quia dixerat eis, secundum legem vestram interficite eum, volentes ostendere, quod peccatum eius, non est Iudaicum, dicitur. Non licet nobis. Non enim secundum legem nostram peccauit, sed crimen eius est publicum, quia se Regem dixit, vel quia eum crucifigi cupiebant, vt etiam modo mortis eum diffamant, non autem licebat eis crucifigere. Sed quod alio modo interficiebant, monstrat Stephanus ab eis lapidatus. Et ideo subdit. Vt sermo Iesu impleteret, quæ dicit, significans quia morte esset moriturus, quoniam, si Iudæis crucifigere non licebat, aut dicit hoc Euangelista, quoniam non ab eis solum, sed a Gentibus debebat interfici. A V G. Sic enim legimus apud Marcum, vbi ait. Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & tradent eum Gentibus. Pilatus autem Romanus erat, eumque in Iudæam Romani Præsidentem miserant. Vt ergo iste sermo Iesu impleteret, id est vt eum sibi traditum gentes interficerent, noluerunt eum accipere dicentes. Nobis non licet.

tradereris mihi? quasi mirū non esset, si puniendus iudici tradere tur, qui se diceret Regem. C H R Y. Reducit autem Pilatum nō valde malum existentem, & vult ostendere, quod non est homo nudus, sed Deus, & Dei filius, & quod formidauerat Pilatus dissoluit tyrannidis suspicionem. vnde sequitur. Respondit Iesus. Regnum meum non est de hoc mundo. Respondit Pilatus. Nūquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus. Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meū, ministri mei vtrique decertarent, vt non traderer Iudæis. Nunc autem regnū meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus. Ergo Rex es tu? Respondit Iesus. Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus. Quid est veritas? I. Et cum hoc dixisset, iterū exiuit ad Iudæos, & dicit eis. Ego nullā inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, vt vnū dimittam vobis in Pascha. Vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorū? Clamauerunt rursum oēs dicentes. Non hunc, sed Barrabā. Erat autē Barrabas latro.

ritas. Sed quia non omnium est fides, adiungit, atque ait. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Audit vtrique interioribus auribus, id est obediunt voci, ac si diceret. Credit mihi. Quod vero ait. Omnis qui est ex veritate, gratiam commendauit, quæ secundum propositum vocat. Nam si naturam cogitemus, in qua creati sumus, cum omnes veritas creauerit, quæ enim est ex veritate, sed non omnes sunt quibus vt obediunt veritati, ex ipsa veritate præstatur. Si enim dixisset, omnis qui audit vocem meam, ex veritate est: ideo dicitur, quæ veritate putaret, quia obtemperat veritati. Non autem hoc dicit, sed ait. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Audiat vtrique, ac per hoc non ideo est ex veritate, quia eius audit vocem, sed ideo audit, quia ex veritate est, quia hoc illi donum ex veritate collatum est. C H R Y. Hæc autem dicens, attrahit & suadet fieri eorum quæ dicuntur auditore. itaque; denique & eam cepit his breuibus verbis, vt quereretur. Quid est veritas? sequitur enim, Dixit ei Pilatus. Quid est veritas? THEO. Nam fere ab hominibus euaneuerat, & a cunctis erat incognita dum essent increduli. I. A V G. Cum dixisset Pilatus. Quid est veritas, credo in me tunc illi venisse continuo confuerudinem Iudæorum, quæ solet eis dimitti vnus in Pascha: & ideo non expectauerit, vt responderet ei Iesus, ne mora fieret cum recoulesceret morem, quo post se in Pascha dimittit, quod eum valde voluisse manifestum est. vnde dicit. Et eum hoc dixisset: iterum exiuit ad Iudæos. C H R Y. Sciebat enim quidem quoniam hæc indignebat tempore interrogatio. oportebat autem eum eripere ab impetu Iudæorum. iccirco & exiuit. A L C V I. Vel non expectabat audire responsum, quia forte indignus fuit audire. Sequitur. Et dixit eis. Ego nullam in eo inuenio causam. C H R Y. Nō dixit, quia peccauit & dignus est morte, donare eum festo, sed primum eum excusans tunc rogat ex abudanti, vt si nollet eum vt innocenter dimittere, saltem obnoxium donarent tempore. Ideoque induxit. Est autem consuetudo vobis, vt vnū dimittam vobis in Pascha. B E D A. Hæc consuetudo non erat legis præceptum, sed ex antiqua Patrum traditione descendit, vt ob recordationem liberationis egi Aegypti vnū etiā in die Paschæ dimittere vnū. Deinde exhortatur dicit, vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorū? A V G. Auelli. n. ex eius corde non potuit Iesum Regem Iudæorum esse, tamquam hoc ibi sicut in titulo ipsa veritas fixit, de qua quid esset interrogauit. T H E O. Pulchre autē Pilatus respondet, per hoc quod in nullo Iesus errauerit, sed frustra inquiritur ab eis velut regnum desiderans. Non enim cum, qui se Regem assereret, ac amulum Romanæ potestatis Romanorum vicarium absoluisset. Quamobrem in hoc quod dixit. Regem Iudæorum absoluiam, & prorsus innoxium Iesum prodit illud Iudæos, quod dicitur, quæ vos criminamini, vt Regem se putantem, hunc ego absolui iubeo, quasi talem non existentem. A V G. Sed hoc auditore, clamauerunt, vnde sequitur. Erat autem Barrabas latro. Non reprehendimus o Iudæi, quod per Pascha libertatis nocentem, sed occiditis innocetem, quod tamē nisi fieret, verum Pascha non fieret. B E D A. Quia ergo reliquerunt Saluatorem, & petierunt latronem, vsque hodie diabolus sua latrocinia exercet in ipsos. A L C V I. Barrabas autem interpretatur. Iste filius magistri, id est diaboli, quod huic latroni in suo scelere, Iudæis in sua perfidia magister fuit.

& vsque ad eius mortem sequi desisterent. Ad hoc pertinet, quod idem præfatus etiam cohortem suam permisit facere quæ sequuntur, aut fortassis, & iussit dicit enim quid deinde fecerint milites: Pilatum tamen id iussit non dixit. Sequitur enim. Et milites plebs, de spi. impo. capiti eius, & veste pur. cir. eum, & ve ad eum & dice. Aue Rex Iu. & da. ei alapas. C H R Y. Quia enim Pilatus dixit eum Regem Iudæorū scēma et contumelia de reliquo apponunt. B E D A. Nam p. diadēmate spineam illi imponerunt coronam, & pro purpureo vestimento, quo Reges veteres utebantur, vestire purpuream ei circumdant, vbi non debet videri contrarium, quod Marthus dicit circūdidisse chlamidē cocinea, quia vt Origenes refert, vni sunt materia cocco & purpura. cocculus enim in ciditur, & ex his gutta sanguinis fluit, ex quibus vtriusque generis tingitur vestimentum, & quāuis hoc milites illud dolo facerent, nobis tamē operabatur mysteria. Nam per spineam coronam nostrorum designatur peccatorum susceptio, quæ sicut spinas terra nostri corporis germinat. In vestimento purpureo caro passionibus subiecta significatur. Purpura est veltur, eum de triumphis sanctorū Martyrum gloriari. C H R Y. Non autem iniunctio principis erat, quod facebant, sed ad gratiā Iudæicam hoc facebant, quia neque circa initium ab illo iussu iuerunt nocte, sed Iudæis pecuniarum gratia gratificantes omnia audebant. tot autem & talibus factis ipse stabat silens. Tu vero audiens, hæc in mente habe continue, & Regem orbis terrarum, & Angelorum dominum videns contumeliam patientem, & omnia ferentem silentio imitare. A V G V S T. Sic enim implebantur, q. de se dixerat Christus, sic Martyres informabantur ad omnia quæ peccatores libuit facere perferenda. sic regnum quod de hoc mundo non erat, superbum mundum non atrocitate pugnandi, sed patienti humilitate vincebat. C H R Y. Vt autem conuictum quod a militibus factum erat, in eum videntes, respiceret a passione, cor natum Iesum adduxit ad eos. vnde sequitur. Exiuit iterum Pilatus, & dicit eis. Ecce Adduceo vobis eum. vt cog. quia nullam in eo causam inuenio. A V G. Hinc apparet non ignorante Pilato hæc a militibus facta, siue iussit, siue ipse misit illa. causa quæ supra diximus, vt hæc eius ludibria inimici libentissime viderent, & vterius sanguinem non starent. vnde sequitur. Exiuit ergo Ie. por. spi. co. & pur. ve. Nō clarus imperio, sed plenus opprobrio. Sequitur. Et dicit eis. Ecce homo, & q. d. Si regi in iudicatis, iam parcite, quia abiectum videtis, ferret ignominia, iugelet inuidia. b. A V G. Iudæorum inuidia pro Christi ignominia non frigidescit, inardescit potius, & increfcit, vnde dicitur. Cum ergo vidisset, cum pon. & mi. clama. di. crucifige, crucifige eum. C H R Y. Vidit ergo Pilatus omnia inaniter fieri. vnde sequitur. Dicit eis Pilatus. Accipite eum & crucifigite. Execratis est hoc verbum & ad rē non concessam eos impellentis. Ipsi enim ducebant eum, vt cum præfatis iudicio hoc fieret. Contingit autem contrarium, iudicio præfatis eum magis absolui, vnde sequitur. Ego enim non inuenio in eo causam. Continuo enim eum ab accusationibus eruit. Vnde manifestum est, quoniam & priora propter illorum concessit insaniam, sed Iudæos canes nil horum inuercundiam conuertit, nam sequitur. Responderunt Iudæi. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. A V G. Ecce alia maior inuidia. parua quidem illa videbatur velut affectatē illicito ausu regie potestatis, & tamen neutrum sibi Iesus menderit usurpauit, sed vtrumque verum est, & vnigenitus est Dei filius, & Rex a Deo constitutus super Syon montem sanctum eius, & vtrumque nunc demonstraret, nisi quanto erat potentior, tanto mallet esse patientior. C H R Y. Adinuit enim ipsis disputantibus silebat, implens propheticum illud, quod non aperuit os suum, in humilitate sua, iudicium ei sublatum est. A V G. de Con. Euan. Hoc autem potest congruere ei quod Lucas commemorat, in accusatione Iudæorum dictum, Hunc inuenimus subuertentem